Honora parentes tuos.

Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est. Honora patrem et matrem; quod est mandatum primum in promissione. Ut bene sit tibi, et sis longevus super terram. Ephesians 6:1-3



Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Exodus 20:12

Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias; quem enim diligit Dominus corripit. sicut pater in filio complacet sibi. Proverbs 3:11-12

Proverbia Salomonis. Filius sapiens lætificat patrem: filius autem stultus mœstitia est matris suæ. Proverbs 10:1

Audi patrem tuum, qui te genuit, et ne despicias matrem tuam cum senuerit. Proverbs 23:22

Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est. Honora patrem et matrem; quod est mandatum primum in repromissione ut bene sit tibi et sis longevus super terram Ephesians 6:1-3

Honora patrem tuum in toto corde tuo, et dolores matris tuae ne obliviscaris. Memento quod ex his natus sis. et quomodo potes retribuere illis quae fecerunt tibi? Ecclesiasticus 7:27-28

Ecclesiasticus 3:1-16;
1 [Audite me, filii, patrem vestrum, et facite deinceps, ut salvi sitis.
2 Quia Dominus dedit honorem patris in filios, et auctoritatem matris confirmavit in filios.
3 qui honorat patrem suum propitiationem pro delictis illius
4 Et sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam.
5 Qui honorat patrem suum, exsultabit in filiis. et cum orat, exaudietur.
6 Qui honorat patrem suum, vita vivet; et, qui obœdiet Domino, solatium erit matri suae.
7 Qui timet Dominum honorat patrem, et serviet parentibus sicut dominis.
8 Honora patrem tuum et matrem, et verbo et opere, ut superveniat tibi benedictio ab eis.
9 Benedictio enim patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta.
10 Ne glorieris in contumelia patris tui; non est enim tibi gloria, fili, contumeliam patris tui.
11 gloria enim viri est ex patre suo et gloria mater autem in opprobrium est filiis.
12 Fili mi, adiuva patrem tuum, et non contristabis eum usque dum vivit.
13 Et si intellectus eius defecerit, patientiam habe apud illum; et ne despicias eum in omni virtute tua.
14 Eleemosyna enim patris tui non erit in oblivione : et pro peccatis apponetur ut ædificet te.
15 In die adflictionis tuæ memorabitur; peccata quoque tua sicut glacies in tempestate serena tabescet.
16 Qui relinquit patrem suum blasphemus est; et qui exasperatur matrem suam, maledictus est Dei.